

ri patiar. Vt igitur hæc non magnæ estimo, neq; ualde ipsis commoueri soleo, ita toto animo amplector, qui patriam hanc meam fouet, & saluam, auctamq; uult: quod tu, qui ad dei gubernaculum accessisti, non malis ullis artibus usus, nec adhibita ui ciuibus, sed uoluntate ipsorum arreptus, & consilio deorum euocatus, studiosè facis. Quis enim non fateatur Principem cum ciuitatem adiuuare, eiusque dignitati, ac saluti prospicere, qui seueris legibus coercet libidinem iuuentutis, cunctaq; obscæna uitia inde euellere, atq; extirpare conatur? Qui luxuriam refrenat, parcè, ac modicè uestibus, cæteroque cultu corporis uti priuatos iubens. Idemq; magistratibus, & qui in urbe ius dicunt, & qui in agris, oppidisq; summam potestatem habent, præcipiat, ut quæ admodum seueritate, æquilitateq; iuris personam, quam gerunt, tueantur: ita etiam uestimentis, decorq; omni, ac comitibus, publicam dignitatem custodiant. Hoc certe nemo, non maleuolus, ab eadem animi propensione erga rempub. speciemq; ciuitatis, non profectum pernegaret, quod patris uestitum iam penè diuissum, ad militaremque & castrensem translatum, reuocas. Quod etiam in magistratuuum apparitorib. cæterisque ipsorum insignibus seruari uoluisti. Nam illæ maiores curæ, utilioresq; sunt, quod oppidanorum hominum, colonorumq; magnum numerum delectu habito armaisti, eisq; certos uiros, peritos militarium ordinum, præposuisti, seduloq; ipsos statis diebus exerceri, militiæ munere omni obeundo, imperaisti, ut ab omni repentino tumultu ciuitas, agerq; tutus sit, & magnas etiam aduersariorum copias contemnat. Nec tamen, si fortè aliqua aliquando infinita uis hostium irrupisset, nec arceri à finibus regionis ulla ratione potuisset, aut plaga aliqua in bello (ut fit) accepta foret, non alia uia salutis nostræ prospexisti, cum urbem diuturno opere, magnisque sumptibus munieris, & infirmiores ipsius partes ita roboraris, ut ascensus illac esse hostib. nulla ratione possit, simulq; ad eam defendendam omne genus armorum: infinitamq; uim ænearum ballistarum compararis. Nec non eodem consilio distindendorum hostium: aditusq; ipsi ad imperij sedem intercludendi, cuncta etiam oportuna loca oppidaq; ditionis tuæ diligenter munis: aggeribusq; ac propugnaculis firmas. Hæ cogitationes, ut optimi Principis, patriæq; amantissimi manifestò sunt, ita istius ætatis, fortunæq; his temporibus minimè esse consuerunt. Qui tamen te fortissimo patre natum, & in quo Italiæ quondam salus nixa sit, cogitabit: quo uno in bello interfecto ita animi nostrorum militum, ducumq; ceciderint, ut statim se uisissimis hostibus aditum patefecerint, nec ullis fluminibus, aut aggeribus, locorum uicibus angustijs arcere se posse illos putarint. Vnde fertilissimorum agrorum uastatio, & opulentissimæ urbis direptio, consecuta sunt. Qui inquam te è Ioanne Medice natum esse recordabitur, cuius nomen solum loco pellebat aduersarios, ac percussos suos recreabat: eundemq; in bene instituta ciuitate, sanctissimaq; domo castè, pieq; educatum, & omnibus optimis artibus ornatum, hoc mirari desinet, recteq; atq; ordine omnia fieri existimabit. Vt cõtra ab his, qui tam generosa stirpe: ad renouandasq; proprias huius terræ uirtutes, laborib. periculisq; suis nata, orti non sunt, sed ex otio, languoreq; procreati, atq; in ipsæ studijs alti, nihil